


cum, quin apponat medicamen in cordo-
 lum. Dum anise, etfi obnoxie peene, ex
 mortali vite exeurit in gratia; debent appa-
 rere flore; in terra nostra, queis pietas vul-
 nera fanet; quippequam tempus putatio-
 nis advenit D. Thom. *Tempus purgatio-
 nis.* Maluend. *Tempus poenitentia, canti-
 lationis & modulationis advenit.* Cuncta

Cant. 2. 18
 D. Thom.
 Maluend.

ad unguem, quoniam amicorum poeniten-
 tia, animarum patientium sopitur flamma,
 & sanantur facta a demonibus vulnera: de-
 ducentibus Angelis amicum victorem ad
 beatitudinem, in psalmis canentem. Gratia
 Iesu pura cantant.
 — *Inferna salutifer omnia flammis
 Ipse suis lustrat.*

Andrel.
 d.



TAUTOLOGIA SECUNDA.

DEUS ENIM VINDICANS VINDICABIT.

Eccli. 5. vers. 3.

EXPOSITIO LITTERÆ.

EN spem afflictorum, & oblivio superborum in solentium in humi-
 les debacchantium: qui quidem venundati sub peccato, mancipa-
 ti tenaciter flagitiorum voluptatis prolubio; ducuntur in medita-
 ta non lege, sed arrogantis dominantis potestate, arbitantes
 indecoram dignitati potestatem, indictam ex iure traditam e celo legem. Nihil pos-
 sunt, dum cuncta possunt. Omnia lubent, nulla licent: deducunt potestatis arrogan-
 tia iudicaret, si quod lubet, non liceret. Unde illa mererit, non imperatrix, noverca
 Caracalla, ei dixit: *Si libet, licet: an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non ac-
 cipere?* Vide Ælium Spartian. in eo. Volat turpiter cupidinis prurientis imperium, ut
 accinit Petron. *Carm.* 19. à v. 2.

Sine lege Reg
 lat. 11 plenius
 furere, &
 abeuntis po-
 testate.

Æl. Spart

Petron.

Demon in-
 fatuus.

Senec.

Secunda for-
 tung diffici-
 le fertur.
 Muret.

Summum
 regimini dā
 nom, nefas
 ad inibim.

— *Quā fidus currit utrumque,
 Nec satiatu erat: Non vulgo nota placebant
 Gaudia: non usu plebeio ruta voluptas.*
 Proprie sub larva hominis cogitationis dæmonis; quem probris natum magis, quam
 ei loco credes, ad quem fortuna provexit. Suffragatur furor Neronis, respondentis Se-
 necæ dicitanti:
*Id facere laus est; quod decet, non quod licet:
 Fortuna nostra cuncta permittit mihi
 Inertis est, nescire quid liceat sibi.*
 Ita in Oclavia, à v. 445. Secunda fortuna difficile fertur. Mens lenimine efferatur; quippe
 ludens propitia percussit, quos sinistra haudquaquam movit.
*Non didicit modum servare,
 Nec se legibus alligat,
 Sed semper impermissa querit,
 Immodico ebria mens amore.*
 Ait Ant. Muret. p. 2. l. 5. *Var. lect.* cap. 16. Ita Daniel 5. 19. de Nabuccho, dicit: *Propter
 magnificentiam, quos volebat, interficiebat; & quos volebat percutebat; & quos volebat,
 exaltabat; & quos volebat, humiliabat.* Summum in regimine damnū, ubi nefas ad
 voluptatis prolubium. Apparuit variata figurā in agro, quicquid latuerat in throno. Po-
 tellas sine iustitia tantum ad perniciem valet; ut mentem domet respectus honesti. Horat.
 2. *Carm.* Od. 3. v. 1. & 10. v. 21. Felix qui

*Rebus angustis animosus, atque
 Fortis apparet: sapienter idem*

Con-

Contrahet vento nimium secundo
 Turgida vela.

Æquam memento rebus in arduis
 Servare mentem: non secus in bonis
 Ab insolenti temperatam
 Latitiam, morture Delli.

Occurrit frenum, sed non est respectus morti eorum.

2 Ubi ira cum potentia habitat, fulmen est; & concedere gladium potestatis, tra-
 dere in manum furentis. De Domitiano dicit in *Panegyrr.* Tra an. Plin. *In occursum visu-
 que terribilis, superbia in fronte, ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore impu-
 dentia, multo rubore suffusa, non adire quisquam, nec aliqui audeat, tenebras semper,
 secretumque captantem, nec unquam e solitudine sua prodeuntem, nisi ut solitudinem sa-
 ceret.* Leo, ex propria conditione truculentus: quid si furiosus, ætroque potestatis
 rabide percitus? Vide quid cogitaverit prolubio dominationis, ut iciret extensionem
 potestatis. Dicam ex Terentio in *Asioph.* Ad. 1. scen. 2. à v. 1.

*Nullum huius simile factum. Quid fecit?
 Quid ille, quem neque pudet quicquam,
 Nec metuit quemquam? Neque legem putat
 Tenere se ullam.*

Refer Plinius lib. 4. *Epist.* 11. *Fremebat enim Domitianus (inquit) aestuabatque ingenti
 invidia destitutus (idest, ingenti indignatione, quasi a stacu destitutus, ut subdit hic
 Claudian. Minos) nam quum Corneliam Vestalium maximam despoare vitam conce-
 pisset: ut qui illustrari seculum suum huiusmodi exemplo ardueretur, Pontificis Maxi-
 mi iure, seu potius immunitate tyranni, licentia Domini, reliquis Pontifices non in Re-
 giam, sed in Albanam vilam convocavit. Nec in more scelere, quam quod ulcisci videba-
 tur, absentem inauditamque damnavit incesti, cum pfe fratris filiam incestu non pol-
 luisset solum, verum etiam occidisset. Misi statim Pontifices, qui desolendam necan-
 damque curarent. Illa tunc ad Vestiam, nunc ad ceteros Deos, manus tendens, multa, sed
 hoc frequentissime clamabat. Me Casar incestam putat, qua sacra faciente, triumphavit
 Blaudens hæc an irridens, ex fiducia sui, an ex contemptu Principis dixerit, au-
 bium est, dixit de nec ad supplicium, nescio an innocens, certe tamquam nocens ducta est.
 Præterea Celer Eques Romanus, cui Corneliam obijcebatur, cum in Comitio v regis cede-
 retur, in hæc voce persisterat: Qui fecit Nihil feci. Ardebat ergo Domitianus & crude-
 litatis & iniquitatis infamia. Licinianus, ab ijs quibus erat cura, pramonetur; se com-
 mitium & vrgas pati nollet, ad confessionem confugeret, quasi ad veniam. Fecit: con-
 fessus est quidem incestum; sed incertum, utrum quia verum erat an quia graviora me-
 tuebat, si negasset. Quis talia fando temperet a lachrymis? Hic utebatur in penis ti-
 tulo misericordis. Vid. Sueton. in eo, cap. 11. Huc pervenit auctoritas potestatum, ubi
 leges tantum ad arbitria Principum, in quibus insolentia turget.*

Vixque tenet lacrymas, quia nihil lacrymabil. cernit.

Ut inquit Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 12. *Magnam partem contumeliarum superbi inso-
 lentique faciunt (ait Senec. de Const. ant. Sapient. cap. 11.) male felicitatem ferentes.*
 Voluit Domitianus experiri quid possit, cum ita posse nec somnium cogitavit. Bœ-
 tius lib. 2. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 6.

*Hic tamen scepro populos vegebat.
 Cæsa num tandem valuit potestas
 Prodere pravi rabiem Neronis.
 Hæc gravem sortem, quot es iniquus
 Aditus se v. gladius veneno!*

3 Ad rem Tacit. 3. *Annal.* cap. 38. *Non accusatores fatiscabant, addito malefatis
 crimine, quod tum omnium accusationum complementum. Haud infamiam fugerent
 crudelitatis, ni iustitia inferretur species.*

Hæc cæca mentes, tumefactaque corda secundis!

Accinit Silius Ital. lib. 2. de *Bell. Punic.* v. 8. *Neque vulgaris animi est, in magnis succes-
 sibus non exere de potestate: ait Plutarch. in Lucull. quod etiam altruit Sallustius in Lu-
 gurt. & Catilin. Ammian. Marcell. in Julian. Ioseph. de Bell. lib. 7. cap. 14. Clement. Alex-
 andrin. 6. Strom. cap. 1. Chrysothom. Orat. 1. de Dei natur. & Salvian. lib. 7. de Pro-
 vid. dicens: Secunda res injunt. Nihilominus suspicantur exitus inflationis. Unde de
 Tom. VIII. Taur. H 2 Ale-*

Horat.

Furiosa in-
 fania impo-
 tentis ira ge-
 rent a.
 Plin.

Descriptio

Terent.

Domitiani
 dicitur ex
 imperio.

Plin.

Quæ cum po-
 testate dicitur
 nis prorsus
 affertur

Ovid.

Senec.
 Vult ut ty-
 rannus scire
 quid possit.

Bœt.

Fortuna in-
 fatuus.

Sil. Ital.

Plutarch.

Nihil cuius
 merita, cum
 dix in om-
 nia.

Ælian. Alexandro Magno dicit Ælian. 9. Var. histor. cap. 3. Ne quisquam facile accedere ad eum audebat: magnus enim timor existebat ex eo quod superbia & fortuna in tyrannidem translatus esset. Carpit Macrobius. 1. Saturnal. cap. 11. quod excerptit e Senec. Epist. 47. Non habent isthi præ insolentia in subditis subditos fed servos. Hæc qui sensit (inquit) obliuiscitur, parum non esse, quod Dijs satis est. Unde patris arrogantissimum illud manasse proverbium, quod iactatur: Totidem nobis hostes esse, quos servos? Non habemus illos hostes, sed facinuosissim in illos superbissimos, contumeliosissimos, crudelissimos summas ad rabiem nos cogant pervenire delicias, ut quicquid non ex voluntate responderet, inam furoremque evocet. Domi enim animos induimus tyrannorum, & non quantum decet, sed quantum libet, exercere volumus. Sæpe ut maicitas statu delicatula ostentetur, ac sine rationali libertate amplissima libertas exercentur; obsequijs excedam, quasi iniuriam acceperint, credentes dominio indigno infatuati, non crotali ex pruriginè phantasia, folium recitare Sibyllæ, quod accipiendum plauti, dignum irrisu. Irrait audacia, quippe protegit fortuna. Nec hoc ignorant, sed occasiones in malignitatem parant, capientes fastidio irrisionem iustitiae, ex potestatis tutamine. *Quæquid enim in excelsa fastigio positum est, humili & trita consuetudine (quo sit venerabilis) vacuum esse convenit.* Valer. Max. lib. 2. cap. 6. v. 17. Claudian. 1. in Rufin. v. 334.

*Crudelibus ante
Supplicis fruitur: cruciatus, vincula, tenebras
Dilato mucrone parat. Probi favor ense,
Parcendi rabies, concessaque vira dolori!
Mors adæne parum est? Causis fallacibus instat,
Arque attonitos, ad facinus velox.*

Macrob. Unde ergo tot flagitia gloriosa? Quia impunita. Dum per legem virtutemque dissimile videtur, tacite arguitur: tyrannique defenditur per furorem; ut ex specie obvijs, construat amens subdolum religionis speciem. Horat. 2. Satyr. 7. à v. 6. & 40.

*Pars hominum vitij gaudet constanter, & urget
Proposita: pari multa natat, modo recta capessens,
Interdum prævis obnoxia.
Tu cum sis quod ego, & fortassis nequior, ultrò
Inscelere velut melior, verbisque decoris
Obvolvax vitium.*

Horat. 4 Superbia eorum ascendit semper, ut videant quid possint. Agnovi, qui in omnem aleam proiectus, ab amicis monitus, ut cursum cupiditatis in regimine atque aliarum affectionum retineret, ne præceps iret; Sinite, respondit, vos nescitis quicquam: pace vestra sine percurram (quousque satisfacit aut erepet) dignitatis quadrupedem; quia nescio, an iterum equitem. Calva occasio est, volat advertens faciem, ne obijciat crinem. Præclarum documentum in præcipitum! Nec in Machiabelli aphorismus est inventum. *Fronti nulla fides.*

Iuv. Satyr. 2. v. 8. Cogitant quod possunt, & quicquid possunt: cogitant, quo plus possint, ut possint potentia plus; quippequam cor eorum vanum est: & quamvis graventur malis & malis, minimè decident à cogitationibus suis. Possumus? Ergo possimus. Nò est timor Dei ante oculos eorum. Ipsi dicunt: *Quis nos videbit?* Horum quæ sunt in throno, est in scientia in excelsis: Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transivit in terra. Dixit insipienter in corde suo non est Deus. Si non est qui querat facinus; possimus quod possumus. Hæc cuncta, patet ex fronte, fortuna, non arte regi. Iuvenal. Satyr. 13. v. 86.

*Sunt qui in fortune iam casibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectiore moveri.*

Iuvenal. Quid enim novit Deus? Nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. Ita cogitat Plinius, dum studet ostendere Numinum decus. Irridendum (inquit lib. 2. cap. 7.) agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Anne tam trifidi atque multiplici ministerio non pollui credamus, dum temerè? Vix propè est iudicare, utrum magis conducatur generi humano, quando alijs nullus est Deorum respectus, alijs pudens, ut aliquid novi verbigerat, fingit. Ad coerendos animos imperitorum (ait 2. Natura. 99. cap. 42.) Sapientissimi viri iudicaverunt inevitabilem metum; ut supra nos aliquid timeremus. Utile erat in tanta audacia scelrum aliquid esse aduersum quod nemo sibi satis potens videretur, ad conterendos itaque eos, quibus innocentia sine metu non placet: p. 17.

Arriant. sceleris, quia impunita.

Sine fronte quanta audacia!

Scenæ.

re super caput, vindicem, & quidem armatum. Confer amabo sequentia; & videbis à Stoico merente, quomodo canatur palinodia. *Nec hoc quidem crediderunt (inquit ib. cap. 45.) Iovem qualem in Capitolio & in cæteris ædibus colimus, in tere manu fulmina; sed eundem quem nos Iovem intelligunt, Custodem, Rectoremque universi, animam atque spiritum, mundani huius operis Domnum & Artificem, cui nomen omne convenit.* Hic est, ex quo suspensa sunt omnia causa causarum. *Vix illum Providentiam dicere? Rectè dices. Est enim cuius consilio huic mundo providetur, ut inconcussus eat, & actus suos explet.*

5 Fere omnes cogitationes sine intellectu evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Locuti sunt vanitatem, ut licentius viverent sine Deo. Quanta exlegum fege! Lucan. 7. Phars. v. 445. & 487.

*— Rapti omnia casus
Atque incerta facit, quos vult fortuna, nocentes.
— Sunt nobis nulla profecto
Numina, cum caeco rapiantur singula casu.
Mentimur regnare Iovem.*

Minut. Felix in Octav. ex Ethnico differente de Paganismo, ait: *Si mundus alioquin Numinum auctoritate regeretur; nunquam mererentur Phalaris & Dionysius regum, nunquam Rutilius & Camillus exilium, nunquam Socrates venenum.* Lucret. 3. de Rer. natur. à v. 986. & Ovid. 8. Metam. fab. 11. & 3. Amor. Eleg. 8. à v. 33.

*— Invita Divum metus urget inanis
Mortales, casumque riment, quemcumque ferat fors.
Nec minus Ausoloci conuix Erifichrone nata
Luis habet: pater huius erat qui nomina Divum
Spreverat, & nullo artis adhiberet honores.
Quid nos sacra invocant? Quid nunc Aegypti a profunt?
Cum rapiant mala fata bonos (ignoscite iusto)
— Sollicitor, nullo esse putare Deo.*

Iterat ibid. Eleg. 5. & Propert. sæpe. Plaut. in Ruant. Act. 1. scen. 3. Attius in Antigon. v. 87. Varro apud Cornutum in Satyr. 2. Perf. v. 35. faciunt: *Marmoræo Licinius tumulo iacet, at Cato parvo, Pompeius nullo: quis putet esse Deos?*

6 Se videt homo felicem per ipsam iniquitatem: negatque Numen, dum prævalet erimen; & substituitur felicitas ubi laere debuit ex iure flagitij penas. Martial. 4. Epigr. 21. inquit:

*Nulos esse Deos, inane cælum,
Affirmat Selius: probatque, quod se
Fæstum, dum negat hæc, videt beatum.*

Ex cogitatione impia ludit phantasia: audaciaque crescit & fides ruit; quippequam occurrit exlegi premium, quo invenire debebat Nemesis ultrice supplicium. Atque igitur, à Deo omnia permitti (inquit Salvian. 1. de Provid. Dei) quia nec coercet malos, nec tueatur bonos; & ideo in hoc sæculo deteriorè aam, dum statum esse meliorum. Bonus semper in luctu, malus semper in gaudio: bonus in miseria & abiectione, malus in prosperitate & dignitate, &c. Lucret. d. lib. 1. à v. 57.

*Omnis enim per se Divinum natura, necesse est,
Immortali ævo summa cum pace fruatur,
Senota à nostris rebus seinctaque longæ:
Nam privata dolore omni, privata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil invidia nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Refert plura huius furfuris, Laetan. lib. 3. cap. 17. & 7. cap. 9. Boet. 1. de Consolat. Philosoph. cap. 4. S. Propter, de Provid. Pined. in loc. cit. Iob. Clem. Alex. lib. 5. Strom. cap. 1. Theodoret. de Curation. Græcor. lib. 6. aliique plures, impugnantés infamiam, & reus peritæ nequaquam insidiantem prospiciant penam.

7 Dicant Profani, quod non credunt fanatici quasi Athæi. Epicurus, ut refert Cicero, 1. de Natur. Deor. dicere solebat: *In morbis gravibus, in laboribus immoderatis speras aliqua boni à Deo? Infans es: nam quod beatum & immortale est, neque ira commoveatur, nec gratia fleatur.* Idem lib. 3. & Lucian. in Iove Tragæd. Respondet Stoici-

Idem.

Lucan.

Min. Felix

Lucret.

Ovid.

M. Varr.

Martial.

Impius negat Numen, si prævaleat erimen.

Salvian.

Lucret.

Epicur.

Ardelismur.

Senec. Stoicus causâ venerabilior, qui stupide dum stoicè loquebatur. Deum nemo sanus timet: furor est enim metuerè salutaria. Tu denique Epicure Deum inermem facis. Omnia illi te- la, omnem detraxisti potentiam: & ne cuiquam metuendus esset, proiecisti ipsam extra metum. Hunc igitur septum (infit, 4. de Benef. cap. 19.) ingenti quodam & inexplicabili muro, divisumque à contactu & à conspectu mortalium, non habes unde vereari? Nulla illi nec tribuendi, nec nocendi materia est? In medio intervallo huius & alterius cali desertus, sine animal, sine homine, sine re ruinas mundorum supra se, circaque se cadentium evitat, non exaudiens vota, nec nostri curiosus? Atqui hinc vis videri colore, aut si non vis videri gratus, quia nullum habes illius beneficium; cur colis? Propter maiestatem, inquit, eius eximiam, singularemque naturam. Ut concedam tibi: nempe hoc facis nulla spe, nullo pretio. Ne cuncta vaga, & sine lege mora? Tandem tandem veniet pœna, quæ illuditur clauda; ipsaque ut ait M. Senec. Controv. 1. Liqueat nobis Deos esse. Eleganter ac floridè Mell. Soufa præfat. loc. Iob, à v. 35.

Anne putas, celo quoniam sublimior alto Astra super Deos est, longèque excelsior omni Vertice sidereo; lateant humana quod illam? Iudicet aut orbem veluti caligine septus Nubilaque obducant illum? Nec nostra quietum Sollicitens alta cœli super arce sedentem? Sortis & accipiti succedant omnia casu Fortuna? Non iure regi, non arte moveri, Cunctaque fatorum seris mortalia volvo? An tibi vana sedet reproba sententia mentis, Et munire viam, quam tentare maligni, Stultitia qui magna sua commissa luentes, Ante diem periere suum?

8 Tolluntur in altum, ut lapsu graviori ruant. En quare via impiorum prosperatur. Consuevit Deos (ait Caius Cæsar, 1. de Bell. Gallic.) quod gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci vult; his secundiores interim res & diu- turniorem impunitatem concedere.

Cor. Nep. Punit ultio noxas, Tum gravior cum sera venit. Tunc inopinatum premit irridentes iudicium, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum. Haud ulla lex, nisi vis. Virtus mihi Numen & ensis: Telam, Superum contemp- tor adorat. Dextra mihi Deus. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. Ar disperdit Dominus universa labia dolosa & linguam magniloquam. Decipit vos (subdit Minutius d.) quod Deum nescientes divitijs affluant, honoribus floreat, polleant potestati- bus? Miseri! In hoc altius tolluntur, ut decidant altius: hi enim ut vitima saginantur, ut hostia coronantur. Hæc est larvata pœnasimò hæc est larvata gloria, posse & posse, quæ sine vindice. Nec Numina desunt: ait Lucanus, lib. 1. v. 349. Premi à malis indulget Numen electos, ut canit Prosper, de Ingratis, à v. 521.

Ne lolium & tribuli & vana dominantur avena: Ne ventus frangat, torrens trahat, æstus adurat. Neu cum se nimium leta & presortis in altum Extulerit, turpi procumbat machina ruina.

9 Plures enim & Deum cognoscunt; sed plus quam Athæi despiciunt. Iuvenal. d. vers. 89,

Asi ideo intrepidi quicumque altaria tangunt. Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur: Hic putat esse Deos, & pererat, atque ita secum: Decernat quæcumque volet de corpore nostro Ipsi, & irato feriat mea lumina fistro.

Fictum de Hlæde, improbos plectere cæcitate. Unde Apuleius Metam. lib. 8. ait: Te Omnia potens & omnipotens Dea Syria cæcum reddat. Ni cæci essent, similem conditionem in hominibus cognoscerent; sed se feras & non homines cognoscunt, dum potestate insolent- ter abutuntur. Primò timent, deinde silente iustitia audent: hinc cum felicia priora, in vulnus ac precipitium felicia arbitrantur cuncta. Etenim quia non profertur citò sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala: at tamen peccator (haud quietis)

Senec.

Obsecrat spes præ- sentium.

Souf.

Iul. Cæsar.

Cor. Nep.

Impunitas præcui ele- vatur, ut corrumpat.

Minut. Fel.

Cur innoci- hac vita pa- titur?

S. Prosp.

Iuvenal. Pœna pecca- tori cogitat

Apule. Profectus in solemnium in dignitate. Eccl. 8. 31.

ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur. Statius, 6. Thebaid. à v. 927. Statius
Vires auxit fortuna nocendi.
Penitus latet exitus ingens,
Monstratumque nefas.

Quippe ex flagitio gloriosus, erectus est inimicus. Verùm in ruinam fallitur; quoniam potentes potenter tormenta patientur. Altruat, qui supra inficiabatur Numina. In his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex usu vita est: pœnasque maleficij, aliquan- do seras, occupato Deo in tanta mole (blasphemia est) numquam tamen irritas esse. Pro- pter exitum arrogantia felicum, haud arrogantis iudices felicitatem. Est Deus in caelo. Interdum silet; sed vindicabit. Ex indignis potestate,

Rari quippe boni.
Nos hominum, Divumque fidem clamore clemus.
Esse aliquid Numen templis, aræque rubenti?
Nemo nocens absolvitur, improba quamvis Gratia fallacis Pretoris vicerit unam.
Ut sit magna, tamen certè lenta ira Deorum.
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vita,
Nec iurare iugum, vita à dædere magistra.

10 Unde? Tameñ, quia pedes lanci, non sonet; est qui quatrat & iudicet. Insta- improbus in persecutionem virtutis, quia non obviat saprema potestas insolentia pote- statis: sed tandem in pœnas nescienter it, propter quod irritavis impius Deum. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Psalm. 11. 6. Premam prementes, ne premant titulo felicitatis. Crucius hic accipit:

Audent superbi talia proloqui:
Verbis agamus cuncta licentius.
Advertit aurem sed quærit monitijs
Numen bonorum sacra gementium.
Dicitque, Surgam, neque catenas
Sub tumido pariantur hoste.

Dominus enim expectat, ut in plenitudine peccatorum puniat 2. Mach. 6. 14. Sunt Dei immortales leni quidem (ait M. Senec. in præf. lib. 5. Controv. sed certi vindices generis humani. Vindicans Deus vindicavit iniuriam, qua fruebat pravus potestatis gloriam.

Sera tamen tacitis pœna venit peccibus.
Hic intuitus Siracidis in Tautolog. Ne sequaris in fortitudine tua (Malend. Valentia, po- tentia) concupiscentiæ cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potu (potero) aut quis me subiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Dionys. Cato, lib. 4. Distich. 36. ait: Contra hominem iustum præce contendere noli: Semper enim Deus iniustas ulciscitur iras.

11 In Scriptura sub voce pauperis & inopis non intelligitur indigentia rerum, sed auxilij pro libertate afflictionum; quo intelliguntur plura obvia testimonia Psalmorum. Inops & pauper sum ego. Psalm. 85. 1. idest, summis afflictionibus vexatus, & à nemine propectus. Psalm. 34. 10. Eripient inopem de manu fortiorum eius: hoc est, de valide per- sequentibus. Psalm. 36. 14. Ut desiccam pauperem & inopem. Idem 71. 13-108. 17. 112. 7. Parvipendunt huiusmodi iniurias, erga quas insolentiam exerecet potens, præ- valens auctoritas; quæ nullus iudicare possit. Falluntur. Deus vindicans vindicabit, quia faciet iudicium inopis, & vindictam pauperis: igitur afflictionum, molestiarum Deus cum excusserit à pectore pondus pauper & inops laudabunt nomen eius. Seges aliorum criminum iram Numinis vellicat; insolentia verò patientem irritat. Nihil miserius in homine insolentia ex potentia à dignitate. Excitantur ab Iside. Unde robur inter spes va- nissimas? Dignitatis brevitatis, ut per temeritates despicientia iudicia, & favoris ratio- cinia, consummati in brevi implere anhelent tempora multa? Frequenter excors, qui è focis evolavit in cothurnos. Cæsa attonant, & illi tonant, cura præteritorum oblivio- nis, fatorum vastitæ, prosperitate fugitiva, fortuna invidiosa; quoniam quæcumque- furens fecerit, Deus vindicans vindicabit. Euripid. in Glauco, fragm. 7.

Cum videris in sublime quempiam elatum,
Splendens gloriantem opibus, ac genere,
Superbioque supra sortem suam fastosum;
Illius ceterem divinitus copecta brevi vindictam.

Læta Numi- naria. Pliu. Expositio r. Eccl. 5. 3.

Iuvenal. ubi iupt.

Cruc.

M. Senec. Tibull. Præteritâ pro futurâ

Dionys. Cato.

Pauperis & inopi- pro afflic- tionem sum- ma.

Nihil miseri- ris homine insolente à dignitate.

Exposit. 2.

Eurip.

Ne-

Vindicta a Nemesis est à tergo, frenumque imponit, ut mensuram caperet, qui mensuram potestatis excessit. Vid. Charar. de *Imag. Fortun.* pag. 308. Fortuna elevavit, Nemesis verò supplantatione deiecit: denique Deus posuit illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Adinstar Africa phanthatum (de quibus *Tautolog.* præced. n. 29.) momento apparent; verum momento evanescent. Accinit *Vidas Carm.* 17.

Nam Domino res est exosa superbia celi:

Ex illo vitium provenit omne iacu.

Deiecit factum, quibus ipse agnovit inest:

Destruxit solios nil nisi magna loqui.

Grandia spirantes de summa sede tyrannos

Rex summus poenâ præcipit acri.

Vid.

Quid inter vindictam & ultionem

Virgil.

Ovid.

Expositio 3.

In Dei iudicio fore iustum multatur, & assequentium.

Vindicta pro libertate

Ezech. 24. 8.

Munus iudicis, innocenti defendere, ac improbos condemnare Claudian.

Apoc. 16.

Propert.

12 Oppressi iacent, qui gemunt sub huiusmodi plausa tyrannide, maiestatis species; iustitia in desiderijs animæ peccator ladatur, & iniquus benedicitur: at *Deus vindicans vindicavit.* Vox æquivoca est: significat enim ultionem & libertatem. Inter vindictam & ultionem hoccine interest; quod ultio indicet factum, vindicta connotet futurum. Ultio, quasi iniuriam punit; vindicta, quasi prohibeat: quare Mars dicitur *Ultor*, non *Vindex*. Ita Fronto de *Different. Vocabulor.* & *Lidor.* 1. de *Different. lit.* V. ait. *Ulciscimur iniuriam factam: vindicamus: ne fiat.* Virgil. 11. *Æneid.* v. 590.

—Det sanguine poenas:

Hæc cape, & ultionem pharetrâ depreme sagittam.

Propert. lib. 4. *Eleg.* 10. v. 56. *Quæ se summotâ vindicat arâ.* At promiscuè accipitur, ut apud Ovid. 5. *Fastor.* v. 600.

Quisquis necem Crasti vindicet, ultor erit.

Etiã indiscriminatim sumitur Biblijs. Quare utraque significatio aptatur cum distributione: etenim si potens iniuriam fecerit, Deus vindicans ultor vindicabit; at si medietate facere: antequam fiat, Numen vindex vindicavit; igitur afflictos à manu potentis eruet, promptissimo quidem auxilio, quia speraverunt in eo. Potentes enim cadent, dum afflicti in prosperitatem surgent, illis stupefactis ex commutatione fortis. Dicitur perspicuo Sapient. 5. *Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiarunt, & qui astulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitaneâ insperata salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam.* Ita ergo Deus vindicat vindicans: iniurias insolentium ulciscitur; & à vindice qui oppressus, propeccatione liberatur. Appositè tacitus, 1. *Histor.* cap. 3. *Non enim unquam (inquit) atrocioribus eladibus, magisve iustis iudicij approbatum est esse curæ Dei securitatem nostram, & ultionem.*

13 Vindicta igitur pro libertate accipitur; unde dicitur *Vindex*, assertor, defensor, hyperaspites, servator, Luc. 18. 3. *Vindica me de adversario meo: id est libera, protege.* 1. Machab. 13. 6. *Vindicabo itaque gentem meam & sancta, natos quoque nostros, & uxeres; quia congregata sunt universæ gentes conterere nos inimicitia gratia.* Sic alia, in quibus deductivè supponitur iudicium: igitur si iudicium fit, patet iniuria; eumque vindex punit, & innocentem de manu potentis eruit. *Ibid.* cap. 6. 22. *Aberant ad Regem & dixerunt: Quousque non facis iudicium, & vindicas fratres nostros?* Eadem enim actione innocens liberatur, & insensus hostiliter plectitur. Ita Dominus dicit: *Ut superinducerem indignationem meam, & vindicta ulciscerer.* Ultio enim & vindicta simul notantur, ut constat divinum erga vexatos atque vexantes iudicium: quãdoquidem ut vindex, pressos redimit à tyrannide, & prementes comprimit gravissimâ vexatione. Superbis resisti, humilibus autem dat gratiam. Claudian. in 3. *Consulat. Honor.* v. 305. Innocens in articulo

—Et sensit in uno

Lethalem, placidamque manum.

Ex ore eius gladius utraque parte acutus exhibet: etenim gladius divini iustitiæ, prolatione sententiæ, & iugulat arrogantiam & protegit innocentiam.

Cæsaris hæc virtus, & gloria Cæsaris hæc est:

Illâ, qua vicit, condidit a mâ, manu.

Ut ait Propert. 2. *Eleg.* 16. vers. 41. Sic enim munus laudabile iudicij: gladij scilicet accipites in manibus eorum, Sulpicia in *Satyric.* vers. 11. succinit:

Duo

— Duo sunt, quibus extulit ingens

Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.

Unde per Ieremiam dicitur: *Utor Dominus reddens retribuet.* Quia acceperunt iniuriam, bonos Dominus vindicando liberabit: improbos autem, quia fecerunt, accerrimè punit. Quiescit animus offensi offensoris punitione: Deusque reddens retributionem conciliat pacem: iugiter probi rutilat splendor virtutum; ac inferenti, iuxta meritum inferitur supplicium. Senius est, accepto *Redens* pro iudice, facta iniuria iudex ultor retribuet. Quomodo, dicitur à Lycophrone in *Cassanara*, à v. 1367. ubi de Nemesis succinit:

Tunc illa œstro pere ta rursus ulciscens,

Tripls, quadrupla rependet damna.

Hebr. *Integrando integrabit.* Maluend. *Potentissimus ultor retributione pacificare pacificavit.* Cuncta in pacem consona: pressus enim protectus accipit ex certamine coronam, & hostis criminis poenam. Iustitia & pax osculate sunt. Billius in *Antholog. sacr.*

Iustitia merces gemina est, vel cum bona reëtis,

Vel pravis digne cum mala restituit.

14 Constat Vindicta pro libertate ex usu Latii. Unde M. Cicero in *Tropicis* (quem sequitur ibidem Severin. Boëtius, Lavin. Torrent. & Dionys. Lambin. in illud Horatij 2. *Satyr.* v. 76. *Quem ten vindicta*) dicit: *Libertas servus fieri solet censu, vindicta, & testamento.* Aliter dicebatur *Libertas non iusta*: vid. Lipsium, Beroald. & Schild. in Sueton. *Augusto*, cap. 40. ad illud: *Manumittenti modum terminavit.* Fusè apud Iuriconsullos *Pandectar.* lib. 40. Vindicta pro libertate plena, fiebat coram Prætoze, hoc libertatem pronunciat, domino concedente, acque virg. lictore signante; quæ quidem virga, *Vindicta* dicebatur: natum autem nomen est, vel à servo illo Vindicio, qui coniurationem juvenum nobilium adversus populi Romani libertatem patefecit; vel à vindicando, propterea quod vindicta servus à Prætoze in pristinum & naturalem libertatem vindicabatur. Claudianus 4. *Consul. Honor.* à v. 612.

—Solemnia iudicij

Omnis libertas, aduictum Vindice morem

Lex celebrat: famulusque iugo laxatus herili

Ducitur, & grato remeât securior icthi.

Tristis cœnatio pulsata fronte recedit

In civem: rubuere gena, tergoque renouit

Verbera promissis felix iniuria voti.

15 A Vindicio venisse nomen arbitrantur plerique. Hic Vindicus fuit inter Romanos primus, qui ad pileum vocatus: etenim cum expulsos Reges revocare cum alijs filij qui expulerat, proditâ patriâ, decrevisset; servus Vindicus audivit, ac Consulibus renunciavit. *Ut in utramque partem* (instit. T. Liv. lib. 2. scilicet. 15.) *arcendis sceleribus exemplum nobile esset; premium iudicij, pecunia ex arario, libertas & civitas data.* Ille privatum dicitur vindicta liberatus. Quidam Vindicta quoque nomen tractum ab illo putant. Vindicio ipsi nomen fuisse: post illum, observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur. Plutarch. in *Valer. Poplicol.* altipulatur, subdens: *Perfecta autem manifestio in hunc usque diem vindicta dicitur ab ipso Vindicio.* At de huiusmodi ritu scribitur & libertatis modo; est obiter, ægemus suo loco *Tautolog.* 4. à n. 36. Hoc enim sensu Deus vindens iniuriarum vindicat; quippe & expellendo oppressionem reddit afflictis naturalem libertatem; & vindicans reddens retribuit, quoniam per iusticiam amulsim destruit iniuriam & ultorem, poenas rependit, atque supplicia sumit.

16 At qualis? Exprimat ex geminatione Tautologia. *Vindicans vindicabit: reddens retribuet.* Id est, *magnopere vindicabit, abundè retribuet.* Vox pleonasmica pro adverbio, signante magnitudinem poenæ, & aviditatem animi. Ar. Montan. *Vehementer vindicabit.* Maluend. *Ulciscens ulciscetur iniuriam.* Hebrajssimè est, pro Omnino, proculdubio, plenissime vindicavit: quoniam tandem tandem reddens retribuit. Alapud. *Arripet, & maxime vindicabit.* Tandem tandem, dixi: id est, dato tempore, iudicij munere. *Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.* Psalm. 74. 3. Quare per Italiam 63. 4. dicit: *Dies enim ultionis in corde meo: ita ergo iniuriam punit, qui supplicium in tempus fervens servavit; uti videbimus infra, n. 20. Dii fortes terræ vehementer elevati sunt, etiam contra edicta & scita Dej, extendentes aviditatem in alios iuxta cupidinem, ac Dei proculcantes legem: quod ipse accerrimè vindicabit; & quia iugum excutere volunt, & Deo æquari potestate contendunt. Dominus vindicabit insolentiam, & vindicans* subdit

Tom. VIII. Taut.

Sulpic.

Ierem. 51. 56.

Lycophri

Jacob. Bill

Quid libertas ex vindex distat

Claudianus

Vnde nomen

Tit. Liv.

Plutarchus

Expositio 4

Ier. 51. 56. Geminatione pro adverbio.

Ma.

Maxima in
uria ex info
entia

Maluend.) Hæc est petulantia & effrenata hominum licentia; qui suo arbitrio ac libidine, non voluntati Dei volunt v. ver. e. Iniuria simul & insolens iniuria. Sanè maxima, quippe iniuria ex insolentia. Audi Senec. in Troad. v. 334.

Senec.

Quodcumque libuit, facere potenti licet;
Minimum decet libere, cui multum licet.

Ecclij. 4.

Retunditur ergo, saltem supplicio, superbia illorum qui è dignitatis speculo ambulant stolidè in magnis & mirabilibus super se. Ne dixeris (subditur) peccavi, & quid mihi accidit tristis. Altissimus enim est patiens redditor. Mirificè. Patiens, quia expectat, ut arrogantia compescatur, fatigata patientia. Redditor, quia tandem tandem inopino cruciamine frangit & conterit spiritus inflatos insolentia furibundæ. Philemonem audi:

Philem.

Putasne, delicijs & potestate arroganter potitos,
In omne tempus effugerint Numen, tamquam latuerint?
Est aequitatis oculus, qui omnia videt.
Si enim iustus & impius eadem conditione futuri sunt,
I, rape, furare, fraudæ misce,
Sed errare noli. Est iudicium, quod faciet Deus
Omnium Dominus, cuius nomen formidabile.

Multa D. Justin. lib. de Monarchia, & Epicharm. apud Clem. Alexandr. 4. Stromatum, cap. 4. Euripides verò, quò supr. in fit:

Euripid.

Quisquis mortalium putat, dum inter aliquod malum
Fecit, se latere Deum; is videtur malus:
Capitur, cum otium agit iustitia.
Hæc perpendite, qui existimatis non esse Deum.
Tempore postea dab' is penas.

Deus enim paria reddens retribuet, & inflationem vindicans vindicabit.

17 His facillè delicantur varij sacri modi loquendi & communes Hebraismi. Sed notandum discrimen, dum geminatio verbalis nominis spectat accusativum, vel ablativum casum; uti patet loc. cit. Ezechielis: *Vindicta ulcisceret*, & 1. Mach. 2. 67. *Vindictæ vindictam*; & 9. 42. *Vindicaverant vindictam*. Illud signat effectum & inferentis animum: hoc causam; quasi *Vindicta vindicari*, sit pœnas sumere, & *Vindicare vindictam*, exprimat ultionis causam, id est, offensam; ut constat ex contextu. Acceperant ergo iniuriam gravissimam Machabæi ex occisione perfida fratris: neque occidentium dicitur *vindicata vindicta*; quippequam interneceione occisorum repulsa offensâ. Hoc est *Retribuere retributionem*, phrasi Hebraicâ. Actio signatur pro causa, materia, seu obiecto actionis: tuncque sensus testimoniorum est, Retribuet dolores, pœnas, cruciamen, dolorem, acerbiteratem, sicut tribuit, qui iniuriosè fecit. Patet 2. Thessal. 1. 6. *Retribuere tribulationem* (Bibl. Antiq. *Retributionem*) *ijs qui vos tribulant*. Retributio pro vindictâ causa, ut supplicium iuxta merita. Haud secus Deus reddens retribuet. *Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis*. Isai. 35. 4. De huiusmodi idiotismi dixi ex professo in *Prolog. Galeat.* s. 4. à num. 9. & Tom. antecedenti *Tautolog.* 4. n. 28. pro differentia *Gaudere gaudio*, & *gaudium gaudere*; sicut *Tautolog.* 4. n. 28. pro differentia *scrutinium scrutari*, num. 25. At verò dum *Vindicare* confirmatur *vindicta*, actionem & eius intentionem ostendit; quasi iniuriam ulturus severissime, & strictè sine clementia. *Ecce dies Domini venit crudelis & indignationis plenus & ira furorisque. Toriones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit.* Isai. 13. à 8. & Tacit. 2. *Histor.* cap. 38. *Vetus ac iam pridem insita mortalibus potentia caudido* (inquit) *cum imperij magnitudine adolevit, erupitque: & nunquam postea nisi de imperio ac principatu questum est. Eadem illos Deum ira, eadem hominum rades, eadem scelerum cause. Illa que fastu tumuit, pre fastu cecidit.*

Exec. 24. 8
1. Mach. 9.
42.
Quid inter
Vindicta
vindicare,
& vindicare
vindicatam
Pl. 27. 4.

Expositio 6.

Tacit.
Potentes pa-
tentia hanc
regitant p-
nem.

Ovid.

Sum felix: quis enim neget hoc? Felixque maneb.
Hoc quoque quis dubitet? Tutam me copia fecit.
Maior sum, quam cui possit fortuna nocere.
In vultu color est sine sanguine: lumina moestis
Stant immota genis: nihil est in imagine vivum.
Uti succinit Ovid. 6. *Metam.* à fab. 5. Ita qui sibi totum ex potestate arrogat. Itaque Deus insolentiam vindictâ ultor accerrimus vindicatur: etenim ut ait Menander in *Helena*. *Pœnam arrogantia effugit nemo sua.*

Menand.
Ecclij. 8. 1

18 Occurrit testimonium salebrosum: scilicet, *Quid vindicari vult, à Domino inveniet*

niet vindictam & peccata illius servans servabit. Gaudet auctoritas duplici sensu. Primum intelligi potest, quasi offensam causam (quia quarit & iudicat) Deo iudici studio remittat: id est, se non vindicet. Deus enim scit, an iniuria, an vindicanda, & quando; ut condignè fiat dedecoris retributio; igitur sæpè accidit, offensam factam vel factam (quippe à cogitante apprehensam, ab amore proprio factam) quòd homo vindicare sollicitus, quam Deus pepercit. Unde dum dicitur Deuter. 32. 3. *Mea est ultio, & ego retribuam in tempore*: id est, meum est iudicium tam de offensionis entitate, quam de retributionis generis: pœnarum aptissimo tempore. Non effugit audax, sed thesaurizat sibi indeclinabilem iram. *Mi vindicta & ego retribuam.* (Hebr. 10. à 30.) *quia indicabit Dominus populum suum.* Horrendum est incidere in manus Dei: videntis, Pausan. cap. 295. *Deum illi vehementer successisse: aeres enim & immodicæ sunt à Dijs animadversiones.* Callimach. Hymn. in Dianam, v. 124.

Cur iniuria
committend
Deo

Pausani

Callimach

Furia in sen
tis lovis.

Virgil.

Idem.

Iniuria sine
vindicta
acris vindi
cat.
Iacob, Bill

Ignis unctus
qui ignis est
& qui non ad
ignoscunt.

Match. 6.
12.

Luc. 6. à
17.

Horat.

Ab miseri in quos tu gravem impingis iram.
Hac enim de causa Diræ altissime dicuntur Solio Iovis, ut observat Natal. Comes 3. *Mytholog.* cap. 10. Virgiliusque 12. *Æneid.* v. 845.

Dicuntur gemine pestes, cognomine Diræ.
Hæc Iovis ad solium, sævique in limine Regis
Apparent, acuntque metum mortalibus ægris.
Si quando letum horrificum, morbofque Deum Rex
Molitur.

In potentiores mitit sagittam, qui Numini remittit offensam: siquidem remissiones sicut sagittæ in manu potentis (ut idem præmittit *lib.* 7. v. 325.)

— Cui trista bella
Inæque, infidæque, & crimina nexa cordi.
Satis luctum, si in ira thesauris à Deo signatur. Taceat etiam oculi pupilla: vindictam afflictus habet cum gloria. Deus non irridetur.

Et qui vindictæ studium premit omne, stimule,
Magnus hic, & magnam æque habere decus.
Vide Gregor. Mag. Homil. 18. in *Evangel.* Turus ergo quiescit, qui sine ultionis studio fastidium sustinet: etenim dum iniuria remittitur, Deus non irridetur. *Vindicans, vindicabit, rediens retribuet.* Iniuriam patientibus iudicium faciet, modò ultione non surripuerint iudicium: promptus enim ultioni, sed pro mansuetis terræ.

19 Longè ab hac expositione, secunda; igitur contextui haud conformis prima est ad mores apta. Sensus ergo genuinus est, de exclusione iræ ac vindictæ ex hominum peccatore, ac puncto corde; quia immortales inimicitias gignunt, quasi non essent mortales; tempusque observant impotentes, ut possint, & quando possunt, iniurias vel somnatas ulciscuntur: quod quidem Deus agrè fert; & quia illorum pravum cor, & quia inhabiles sunt suarum remissionis, dum petunt ignosci, ubi non cedunt acceptarum veniæ. Liqueat ex textu. *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur.* Homo homini reservat iram, & à Deo quarit medelam: In hominem sim lem sibi, non habet misericordiam; & de peccatis suis deprecatur: *Ibid.* v. 2. *Audacia plane, à Deo sibi exorare, quod propter Deum non vult alteri concedere. Pœnas licet, qui pœnas poscit, signans prævaricatore, quem fatuè invocat pietate clementem; quoniam distincta in ipsa iniustitia sollicitatur clementia, in eadem causa. Quo pacto fatagunt indulgeri, qui nihil indulgent? Auxilia petunt, dum nocent? Estne Deus acceptor personarum? Unde verum, *Sicut & nos dimittimus? Dimitte & dimittite vobis.* Eadem est mensura & omnibus æqua. Si ignescit in proximum exaltans pœdas, *Quis exorabit pro delictis illius?* v. 5. *Cadet profecto illo perfecto iudicio, ni (ut retorquetur Horat. 1. Epist. 2. à v. 60.)**

Infectum volet esse, dolor quod suaferit & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.

20 Retrocedit, qui accedit perido corde, vapidò peccatore; siquidem iniustam concipit ipsam iustitiam, & irritat iram, implorando clementiam. *Servec nequam* (dicit Dominus treuolento, ac visceribus belluino, Match. 18. 32.) *omne debitum dimisit tibi, quoniam rogasti me: nunc ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui miseratus sum? Iratus Dominus tradidit eum tormentibus.* Ita qui pius? Ita, non quia offensus extorsit, sed quia qui offenderat, offensibus vel dimissis non pepercit. Elucet modò teitum priam, & Domini in huiusmodi implacabiles iudicium. *Qui vindicari vult, à Deo*

Deus non in
dulget ulto-
ri.

Geminatio
proadverbio

Ultari grave
studium vin-
diciæ.

Gabrias.
Expofitio 7.

Claudian.

Ierem. 51.
56.

Partitur,
quod con-
tinet inferre.

Sophocl.

Euripid.

Ierem. sup.
Pl. 136. 8.

Historia Ba-
bylonii.

mino inveniet vindictam: peccata illius servans servabit. Peccatum iniuriarum ulto-
ris non dimittitur, sed in punitionem servatur. Hæcne geminatio exprimit vindictam
& acrem, ut etiam plectat vindex improbum insolentem: igitur in eodem cause tractu
sibi exoptat gratiam, & alij acerbissimam iustitiam. Deus iudicij parci petenti, modò
proximorum obliviscatur iniuriæ: verum si postulat gratiam, non sibi factam diluere
conat iniuriam, & odium malignè fovet; peccata illius Dominus servans servabit:
hoc est, non dimittet, sed acerrimè plectet. Maluend. Omnino prorsus in supplicium ser-
vabit. Æthyop. Diligenter. Syr. Constantè servaturus. Tygur. Cupidum ultionis ultio
manet à Domino, & peccata illius sedulo servabit Vindictam invenit, qui vindictæ fati-
git. Inter Gabrię apologos quintus festivus. Fingit equum ab apro morsum, vulneris
solitasse vindictam; ita ut caderet, etsi dumtaxat monordit. Mæstus, quia non valebat,
hominis calliditatem cogitavit: assensit, sed equo dixit. Super te faciam, aliter non con-
ficiam. Quid inde? Aper fugit longè, equisque ut nancisceretur ultionem; ex tunc ho-
minis perspersus est servitutum. Libere vaderet, ni ulcisci vellet. Nolite fieri sicut equus
& mulus, quibus non est intellectus; ne vestrum peccatum iudex servando in crucia-
men fervet, & vindicando sine remissione vindicet. Claudian. ubi supr.

Servat inoffensam divina clementia vocem,
Et placidus delicta domat:

21 In hunc sensum flectere possumus illud Ieremiæ de Domino irato: Reddens re-
tribuet; de quo num. 19. infraque latè. Iuxta mensuram mensura, quæ pondus & pon-
dus, mensura, & mensura, non est æqua. Paria enim vindex iniuriarum rependet, red-
denque retribuet; quippe non parenti non parcat: reddetque quantitate & qualita-
tem cruciaminis, iuxta intentionem irati ac immitis cordis. Hebr. & Tigurin. Rependen-
do rependet, Retribuendo retribuet: quem quidem Hebraïssimum delicat Syriaea versio
Abundè rependet. Effectu enim retaliabit affectum vel factum, ut cognoscat ex gravita-
te poena, proximis non pepercisse, quam grave! Non in sensu intelligenda est gemina-
tio retributionis tam in supplicio, quam in premio. Eccli. 17. 19. Retribuet illis retri-
butionem, unicuique in caput suum. Apocal. 18. 6. Reddit illi, sicut illa reddidit vobis,
& duplicatè duplicia secundum opera eius, in poculo quo miscuit miscite illi duplum. Ita
ergo divina reddens retribuit iustitia, malis retributionibus mala. Sophocl. in Electr. à
v. 170.

Illi ergo bene est, qui obliviscitur,
Queque passus est, queque didicit.
Est enim magnus in celo Iupiter,
Qui intuetur omnia & gubernat.
Illi vehementem iram tuam committe,
Neque enim inimicis tuis succenses.

Oritur fulmen si fovet inimicus: carbones ignis imponuntur super caput eius: fecus
qui reddit, retribuit, ipsum quem et quod vindicans cogitavit. Incidit in foveam, quam
fecit. Euripid. in Hercul. furent. v. 727.

Expecta ipsum malum passurum,
Cum malè feceris.

22 Testimonia hucusque tropologiam sapiunt, quippe morum rectitudo illorum
propositum. Modò novissimam auctoritatem delicabo, quæ etiam gaudet literaliter abun-
dè sensu; igitur ita infillatur à Domino cruciamen in triumphantem insolentem Baby-
lonem. Fortis ultor Dominus reddens retribuet. Astruit Psalmographus: Filia Babylonis
mifera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Plura in
regnum & urbem à Domino fulminata per Prophetas. Vide Isai. à cap. 13. & Ierem. a
cap. 50. qui 51. v. 60. ait: Scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Ba-
bylonem in libro uno: & dixit ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem & compleveris
legere librum istum, ligabis ad eum lapidem & projicies illum in medium Euphratem, &
dices: Sic summergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco
super eam & dissolvetur. Plura de Babylonis desolatione Tautolog. præced. diximus, &
Tom. 6. T. 1. o. n. 34. ad illud eiusdem Vatis, v. 58. Murus Babylonis ille latissimus suffos-
sione suffodietur. Ut ergo constet quare, à quibus, cuius & quale exterminium, ex pro-
batissimis AA. referemus Babylonis statum, qui Hebræis summa voluptas, quippe quam
luit usque ad satiætem à Domino poenas. Quare ergo quos Dominus in Hebræorum
suppliciu adduxit, etiam & propter sumptum supplicium exterminavit, Babylonemque
usque in pulverem reduxit; dicit Isai. 47. à 5. Non vocaberis ultra domina regnorum.

Ira-

Iratus sum super populum meum, contaminavi hereditatem meam, & dedi eos in manu
tua: non passisti eis misericordiam, super senem aggravasti iugum tuum valde: & di-
xisti, In sempiternum ego domina: Veniet super te malum, & nescies ortum eius, &c.
Iterat per Zachariam, ut observat Hieronym. ad illud cap. 1. 15. Irà magna ego irascor
super gentes opulentiæ quia ego iratus sum (pro Fui) parum: ipsi verò aduocuerunt in ma-
lum. Ita enim Deus de Babylone, ut verbis Ovidij dicam, 7. Metam. fab. 7.

Iustus ulciscitur armis.

Ut afflicti Hebræi Assyriorum & urbis cum gaudio extremam plauderent ruinam; quia
Hierusalem posuerant in pomorum custodiam. Apposuit Tacit. 2. Histor. cap. 7. & 11.
Nec poena criminis, sed ultor displicebat. Victores victisque nunquam solidæ fide coales-
cere. Rebus secum his etiam egregios insolescere & susinet vitij a terum bello, alte-
rum victoris periturum. Geminata est Hebræorum complacentia, quia inter utramque
commutata fortuna. Senec. in Hercul. O. Etæo, v. 350. & 673.

Nec sibi felix pauper habetur.

Nisi felices cecidisse vident.

Felix iacet, quicumque, quos odit, premit.

23 Babylon ergo adlocata à Nemrod, cum final erigeretur turris Babel in campo
Senaar. Principium regni eius Babylonia. Genes. 10. 10. Alij cogitant à Belo, sed Bel &
Nemrod unus fuit. Vid. Esteb. 9. de Prepar. Evangel. cap. 4. ex Abydono. Unde cum
ipse esset dux aliorum in utroque opere, & inibi constituit imperium Chaldæorum, à
Chaldæis dicitur edificata. Isai. 47. 1. Babylonia non est solus filia Coaledorum. Eupole-
mon, & Alexander in Iudæis. H. s. fundunt Babylonia ab his condita primam fuerat, qui
à di. uoio evaserunt, quos omnes gigantes fuisse constat. Patet, qua fide digni. Veritas &
congruentia Ioseph. 1. Antiq. cap. 5. Hieronym. de Loc. Hebr. v. Babylonia quem sequit
Auguili. 16. O. v. cap. 4. dicens: Ipsa est Babylonia, cuius mirab. lem constructionem
etiam gentium commendat historia. A Semiramide etiam multi Profanorum astruunt.
Ovid. 4. Metam. fab. 4.

Ubi dicitur altam

Coëstibus muris circumfisse Semiramis urbem.

De illa Orofius lib. 2. cap. 7. Medio imperij sui tempore Babylonia caput regni condidit.
Idem Hieronym. in Ep. 2. 16. Propert. lib. 3. Eleg. 11. v. 21.

Perfarum status Babylonia Semiramis urbem.

Suffragantur Herodot. latè lib. 2. Iustin. lib. 1. Diodor. Sicul. lib. 2. n. 4. Solin. cap. 60.
Plin. 5. cap. 26. Strabo lib. 2. & Plutarch. in Alexand. Quia urbem decoravit, Semira-
mis edificasse dicitur, haud quia illam è pulvere erexerit. Ammianus Marcellin. lib. 23.
cap. 20. Babylonia inquit cuius mania bitum ne Semiramis extruxit: arcem enim antiqui-
simis Rex condidit Belus Orofius d. cap. 6. Babylonia à Nemrod fundatam, à N. no. vel
Semiram de reparatam. Curtius 5. cap. 1. Semiramis eam condiderat: velut plerique cre-
ditere Beus, cuius Regia ostenditur. Illa tantum amplificavit. Ad hic Freinsheim.
apud quem speciosa & opportuna. Aliqua opera & monumenta quò dudum refert Pro-
pertius, quæ nonnulli tribuunt Nitocri.

Semiramis urbem

Ut solidum coëto tolleret aggere opus.

Et duo in adversum immissi per mania currus,

Ne possent tacito stringere ab axe latus.

Duxit & Euphratem medium, qua condidit arcem

Iussit, & imperio surgere Bactra caput.

Explicat Iustinius, d. Semiramis (ait) Babylonia condidit: id est, murum eius coëto latere
circumdedit, arena, p. to, bitum. ne interstrato: qua materia in illis locis passim à terra
exstruat.

24 Modò intelligitur quo sensu dixerit Nabuchodonosor: Nonne hæc est Babylonia,
civitas magna, quam ego edificavi in domum regni in gloria decori me? Nonnulli omi-
tunt, Civitas: ita ut sensus sit: Nonne hæc est Babylonia magna? q. d. Magna non erat, etsi
Babylonia, quousque ego perticendo feci ac struxi: Beus regionem siccasti peribebat, &
Babylonia condidisse (subdit Euseb. quò dudum) que mania a aquarum diluvione deleta,
Nabuchodonosorius restituit: & quæ nunc a tibus triplici muro muniti, Flavio ab
Euphrate ortos destruxi. pa. ulem efodit, &c. Ampliora infra. Non uovum est in Scriptu-
ra, quòd instauratores, edificatores dicantur tam ex locis illustratis, quam ex rebus in
or-

Præsent pro
præterito.

Ovid.

Tacit.
Felix iacet
minium in-
felicitis gau-
dium.

Senec.

Edificata
Babylonia à
Nemrod.

Ovid.

Propert.

Semiramis
decoravit,
& amplifi-
cavit
Ann. Nat
ccl.

Propert.

Iustin.

Dan. 4. 17.

Amplifica-
tor acutus
conditor.

Euseb.

ornatum & polioerem statum evectis; ut alibi dixi ad illud *Genes. 4. 26.* de Ehos: *Iste cap. 7. invocare nomen Domini*; quippe cultum divinæ maiestatis ampliavit, et publicum communemque fecit. Ovid. 3. *Fastor.* v. 272. cum locus antiqua religione sacre esset, dicit de Numa amplificatore.

Ovid.

Captaque sunt pure tradita sacra coli.

Ita etiam de locis. 3. *Reg. 16. 34.* *Adificavit Hiel Iericho*, quam non abficavit, sed à Iosue destructam, instauravit. *Exod. 1. 11.* *Menses dicitur edificata à filiis Israël*, de qua mentio fit, *Genes. 47. 11.* Ita arbitrantur Septuagintæ de Heliopoli, de qua civitate prius fuit Afeneth, uxor Iosephi: cap. 41. 45. *Steterant isthæ civitates, sed labore Hebraorum amplificatae sunt; qua de causa constructæ dicuntur ab eis.* Haud dissimiliter iudicium de Babylone. Nemrod condidit, Belus ampliavit, Semiramis munivit, & Nabuchus usque in summam pulchritudinem perficiendo evehit. Refert Ioseph. d. lib. 10. cap. 11. *De spolijs bello partis Beli templum & alia quadam magnificè exornavit: auceit etiam & reparavit antiqua Urbis ædificia, munito & fluminis alveo ita, ne hostes eo possent uti ad civitatis incommodum. Tres quoque murorum ambitus intra urbem extruxit, & totidem foris circumdedit, omnes è cœtibus laterculis: cumque mirabilibus operibus civitatem munitet. & portas in templum modum ornasset, paterna Regia contiguam, extruxit aliam Regiam.*

Nabuchodonosor Babyloniem perfecit

Ioseph.

Strab. Magnitudo & pulchritudo Babyloniæ

August.

Orosius.

Hieronym.

Dion. Aledrin.

Curt. Horti pensiles.

Iosephus.

25 Magnitudo decorque urbis insignis profectò. Describit Isaias, 13. 19. *Babylon illa gloriosa in regnis incluta in superbia Chaldaeorum.* Strabo init. lib. 16. ait: *Babylon in campo iacet: muri ambitu, 380. stadiorum, crassitie pedum 32. altitudine inter turres, cubitorum 50. turrium ipsarum, 60. viam super mœnibus habet tam latam, ut quadrige occurrentes facillè se transmittant: unde hoc de septem speculiculis uniti dicitur. Eadem Curtius loc. cit. & Herodot. lib. 1. à n. 52. Solin. cap. 60. Chaldaee gentis caput Babylon est, tam nobilis, ut propter eam Asirijs & Mesopotamij in Babylonia nomen transferint.* Plin. lib. 6. cap. 26. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, summam claritatem obtinuit in toto orbe.* August. d. subdit: *Initium regni Babyloni: idest, que civitatum cœterarum gereret principatum, ubi esset tamquam in Metropoli habitaculum regni. Hac campi planitie undique conspicua, natura loci latissima, castrorum facie mœnibus paribus per quadrum disposita: à fronte murorum centum portæ aree: domus intrinsecus quatergemine habitations minaci proceritate mirabiles: ait Orosius d. Incluta ergo dicitur & maxima; quam potentissimam appellat Hieron. in Isai. 14. & præter templum Bel, de quo pòst, *Ars* (subdit) *idest, Capitolum illius urbis est turris; qua edificata est post diluvium* (Froinshemio placet esse in Regia erecta à Nabuchodonosor, de qua supra Iosephus) *in altitudine quatuor millia passuum.* Describunt ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus, auroque fulgentes, & multa alia, que penè videntur incredibilia. Dionys. Alexandr. de Situ Orbis, v. 1005.*

Ad partes Austri Babylon, quam mœnibus olim Mirandis posuit firmisque Semiramis urbem: Cuius in arce domum splendens fecerat auro, Quam simul argentum variè decoravit, eburque.

26 Pensiles horti etiam illius honoris commendatio insignis, tamquam unum è miraculis orbis: & licet Curtius loc. cit. dicat: *Super arce vulgatum Græcorum fabulis miraculum. Pensiles horti, summam murorum altitudinem æquantés, multarumque arborum umbra & proceritate amantissimi; plerique fatentur ut verum & singulare, Paradisus ille iuxta descriptionè Berosi extendeat unumquodque latus ad quatuor iugera, in formam theatri instructuram habens, sub fornicibus totam molem viridarum sustinentibus, Tertia porrò tegminis series laminas plumbeas excipiebat, super quas ad iustâ profunditatem coacervata terra, quæ maximarum arborum radicibus fatès esset: solum deinde complanatum omnigenis arboribus plenum, quæ amenitate spectantes oblectare possent.* Eadem apud AA. præfatos. *Causa seu occasio huiusmodi ornatus, fuit prolium malaciæ uxoris Nabuchonosor, Ioseph. d. subdit: In hac Regia moles saxæa fornicibus suspendit, montium speciem referentis, supernè constas varijs arborum generis, atque ita celebratos illos pensiles hortos absolvit; eo quòd uxor educata in Media concupisset, quandam patrie sue similitudinem.* Suffragatur Philostr. 1. de Vita Apollon. cap. 18. ex Herodot. lib. 1. Plin. 19. cap. 4. opus attribuit Semiramidi aut Cyro: sicut Berosis Annij inficiatur Babylonem esse meditatam, conditam à Nemrod, sive Saturno. Anno 131. (inquit) ab aquis prima omnium gentium & civitatu est à Saturno urbi & gens nostra

Ba-

Babylonica: & turrim edificavit, sed non complevit, nec designatam urbem fundavit; quia post 56. annos subito non comparuit, translatus à Dijs.

27 His intelligitur, cur à Prephetis Mons caliginosus dicatur Babylon. *Isai. 13. 2. Jerem. 13. 16.* A longè enim prospecta civitas non tam urbs domibus compacta spectabatur, quam locus, propter densas ac proceras arbores, quæ eminebant super tecta. Sic ergo silva dicta sicut Mare. *Onus deserti maris: Isai. 21. 1.* sicut habitatores eius Piscatores: *Chaldaeos in navibus suis gloriantes: 43. 14. Mittam piscatores multos.* Jerem. 16. 16. *Hæc quia Babylon mare, sed quia civitas in stagnis Euphratis, qui undique vallent & interfluit, edificata; ut patet Jerem. 51. 13. Quæ habitas super aquas multas locuplex in thesauris: ibi fossa qua placide fluvius in sinus recipiebatur: & cum undique vallent aquæ, tamquam mane spectabatur à longè.* Ad Freinsh. d. in *Tabul. Babyloniæ. Ut flumen flexuosum esset, & lacuna tota fissa esset; fecit Nitocris* (ait Herodot. d. n. 55.) *ut siccus per multos anfractus retentus, sedatior mearet, & navigationis Babylonem versus esset tortuosus.* Propter aquas multas, silvasque densas placet aliquibus Babylonem vocari à Ieremia *Montem pestilentem;* igitur sæpe in silvis & locis humentibus vapidis aër corruptus, pestis fomes seu origo. *Virgil. 7. Aneid. v. 505. & Sil. Ital. 14. v. 377:*

Pestis enim tacitis latet aspera silvis. Immittit passim dumosa per avia pestem Et silvis spatiatur fervida pestis.

Ocurrit quod refert Capitolinus sub Lucio Vero. *Nata fertur pestilentia in Babylonia (inquit) ubi de templo Apollinis ex arcua aurea, quam miles fortè incididit; spiritus pestilens evasit, atque inde Partbos orbemque compleffe.* Ammian. Marcellinus lib. 23. cap. 20. aliter refert. *Avulsam sedibus simulacrum Chomei Apollinis, perlatumque Romam in ade Apollinis Palatini Deorum Antistites collocarunt. Fertur autem quòd post directum hoc idem figmentum, inmensa civitate, milites sanum scrutantes, invenire foramen angustum: quo reserato, ut pretiosum aliquid invenirent, ex abdito concluso à Chaldaeorum arcantibus, labes primordiales exilivit, quæ insanabilem vi concepta morborum, cum cuncta contagij polluebat & mortuos.*

28 Inter ornamenta urbis fuit etiam templum Beli, de quo per transfennam agemus; quia factum in *Ephemer. 25. Septembr. & 5. Novembr.* ex Diodoro Siculo, Plinio & Solino. Aliqua verò excerpta præferenda ex Herodoto d. n. 55. ut constet Babyloniens gloria, & Chaldaeorum infantia. *Iovis Beli templum areis portis, duorum undecunquæ stadiorum amplitudine, figura quadrata. In Sacri medio turris, cui alia rursus superimposita usque ad octavam. His forinsicis scale sunt in circuitu adhibita, in quibus ascensaris licet sedere vel requiescere. In postrema turri sacellum est, in quo lectulus est splendide stratus, & apposta mensa aurea. Statua tamen in hoc sacello nulla est; nec hic noctu cubat homo aliquis præter mulierem unam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, uti narrant Chaldaei huius Dei sacerdotes. Narrant etiam (mibi parum credibilia) Deum ipsum ingredientem templum, in hoc cubili conquesere, perinde atque in Thebis Egyptiacis: Porro in Babylonis templo aliud etiam est sacellum inferius, quod magnam habet Iovis statuum, eamque auream ponè mensam & ipsam auream, simul & sustentaculum cum sella, omniaque aurea; adeo ut Chaldaei 800. talentorum auri opus æstiment. Extra sacellum altare est, & ipsum aureum, atque præter hoc aliud altare ingens, in quo integra ætatis hostie immolantur: quandoquidem supra aureum illud non licet hostias mactare, præterquam lactentes. In super in hoc maiusculo altari Chaldaei quotannis centum millia talentorum libanoti (Hispan. Romero) adolent. Erat in hoc templo statua duodecim cubitorum ex solido auro. Hanc statuam Darius Hystaspis insidiosè captans, non ausus tamen fuit, diripere, sed quam postea Xerxes Darij filius abstulit; sacrificio, qui prohibuerat loco statuam dimovendam interempta.*

29 De Xerxe antequam expeditionem in Græciam adiret; refert *Alian. lib. 13. Var. histor. cap. 3.* quòd effosso vetusti Beli monumento vitream urnam reperit; ubi iacebat in oleo mortuus (in oleo vel melle sepeliri, Babyloniorem fuit ritus, ut inquit Herodot. d. 59.) non tamen plena fuit urna, vacuumque à summis labris ferè palme spatium habuit. *Adiacebat urne columna exigua, in qua scriptum continebatur, eum qui sepulchrum aperuisset, neque repleset urnam; male habiturum: quo lecto Xerxes expavit, & oleum eleverimè insit infundi. Non tamen impletum est: qui iterum infundi insit, neque sic incrementum accepit, donec frustratus omni labore infundendi cessaret, clausoque monumento, summa cum maxime disceret. Neque verò fasum eum habuerunt, quorum præ-*

Berof.

Isai 13. 2. A longè Babyloniæ videtur lucina

Cur dista Mare

Jerem. 51. 25.

Virgil.

Capitol. Et mons pesti erit

Amm. Marcell.

Templum Bel.

Herodot.

Eius munita & ornata.

Sepulchrum in templo Beli, & candidaver in oleo.

Alian.

Status eius
infra
Sita na Se-
piramidis.

nuncia significatrixque extiterat columna: nam quinquaginta myriadam exercitu adven-
sus Græcos conscripto, magnam cladem accepit, reversusque turpissima morte vitam fini-
vit, noctū in stratis à proprio filio peremptus. Inferius ad templum fuit statua Semiramidis,
de qua Diodorus Sicul. d. inquit: Saxum ex montibus Armenijs exciatis 130. pedes
longum, 25. latum & spissum, quod rati imposuit, & secundum flumine Babyloniæ de-
vectum iuxta viam nobilissimam, admirandum præterentibus spectaculum erexit. Ob-
liscum à figura vocant. Aliam statuam ex folido monte videlis in Ephemer. Prolog. Ga-
lect. §. 8. n. 5. Etiam illustravit urbem monumentum Nini, Beli filij, ab ipsa erectum, &
ad multa stadia conspicuum; ut tradit idem, num. 68.

30. De muro, quem Scriptura vocat latissimum, & AA. orbis miraculum, ut Mar-
tialis scoliaste extollunt Epigr. 1. Spectaculo. Bleu, Ortelius, Gerard. Mercator, in Or-
bis tabula, & Turneb. lib. 27. Adversar. cap. 2. Lucan. 6. Pharsal. v. 50. & 8. v. 225.
& 299.

Lucan;

Mænia mirentur refugj Babylonia Parthi.
In tutam Babylona cægi.
—Murusque superbam
Assyrias Babylona domos.

Plin.
Muri in-
tactum or-
bis,
Herodot.

Plin. lib. 6. cap. 26. brevi describit. Babylonia sexaginta millia passuum amplexa muris, dua-
cenos pedes latis, quinquagenos altis, inter fusco Euphrate, mirabili opere utroque. Her-
dot. d. à n. 52. Murus 50. cubitor. crassitudine, 200. crassitudine. Hanc in modum Baby-
lon extructa est eius: dua sunt plage, quas interfuit fluvius, nomine Euphrates, qui
magnus, & altus & celer: in hunc uterque murus lacertos exporrigit, eiusque incurva
utrinque ripæ cœtilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Diodor. Sicul. d. n. 63. sub-
dit: Semiramis 360. stadiorum muro, crebris intercepto turribus, urbem ita circumdedit,
ut mediam annis interfueret: eratque tanta operis magnificentia, ut incipium latitudo
sex curribus vehendis sufficeret. Ambitus 365. stadiorum; quod anni dies stadiorum nu-
mero equare studisset. Turres etiam addidit 250. quarum altitudo latitudoque ampli-
tudi operum muri responderet. Turres & mania bestias omnis generis, coloribus & figu-
ris ad vitium expressas, referebant: in primis venatio illis erat variorum plena animan-
tium: & inter hæc Semiramis conspiciatur ex equo pardalim iaculans, & propè vir eius
Ninus lanceâ cominus feriens leonem. Addit Orosius lib. 2. cap. 6. A fronte murorum cen-
tum portæ erant. Pons ex una ad aliam partem civitatis, quam Euphrates mediam per-
meat, etiam inter mira Babylonis refertur à præf. AA. in amplitudinem civitatis, de
qua Aristotel. 3. Politicor. cap. 3. Babylone ab hostibus captâ, triduo partem civitatis id
non sensisse ferunt. Idem asseruit Herodorus d. n. 58. dum captâ à Cyro. Quom capti essent,
qui media urbis incolebant Babilonij (subdit) propter eius tamen magnitudinem, non sen-
tiebatur ab ijs qui circa extrema habitabant.

Diodor.
Sicul.

Turres &
earum orna-
tu.

Portæ erant
& pons.

Magnitudo
ex amplitu-
dine.

31. Ubertas foli, incredibilis (unde tot in Babylonis voluptates ac corrupti mo-
res, uti refert Curtius ubi supr. lib. 5. cap. 1. & Ravif. Textor. 7. Offic. cap. 48.) Babylonijs
bis fecant, tertio depascunt: alioquin folia tantum fiorent: sic quoque cæm quinquagesimo
sænore messes reddit felicitas soli; verum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo
Nec est cura difficilis, quam divitissimè aquâ rigandi, ut perpinguis & densa ubertas di-
luatur. Limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Aegypto Nilus nec ter-
ra ipsa herbas gignit: ubertatis tamen tanta sunt, ut sequenti anno spontè resili. lis fiat
seges, impressis vestigio seminibus. Hæcenus Plin. lib. 13. cap. 17. Maiora refert Herodot.
n. 59. additque: Qui nunquam Babylonicam regionem adierunt; que de frugiferis dicta
sunt, perquam incredibilla visum iri. De eius opulentia præmittit num. antec. Huius
regionis potentia tertiam Asie partem æquiparat: & eius principatus, quem Satrapiana
Persæ vocant, omnium Provinciarum longè est optimus: adeo ut singulis diebus singula
argenti plena artaba (medimni) penderentur. Tanta est Babyloniæ oppidi magnitudo
(num. 52.) quod ita exornatum est; ut aliud nullum eorum que nos novimus. Diodor. Si-
cul. n. 68. Multa sanè Babylonia continet spectatu digna, & admiranda. Lucan. ubi supr.
lib. 1. v. 10.

Terra uber-
tati.

Plin.

Herodot.
Opulentia re-
gionis

Cumque superba foret Babylon spolianda tropsæis
Superba pro gloriosa, igitur urbs amplissima, angustissima, florentissima. Salmon. Ex-
tima Babylon. Textor in Dialog. Thrasion. v. 15. Magnifica, Portentosa. Gerardus denique
Mencator, ubi dudum, Clarior inter orbis urbes.

Lucan,

Zencmia.

32. Hæc & alia eius ornamenta cum illa corruerunt. Capta est Babylone, confusus est
Beli,

Dist. nitor
per Medas
& Persas.

Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculpilla eius, superata sunt idola eorum. Ier.
50. 2. Primùm completum per Cyrum, de quo totus contextus, & Isaiæ à cap. 13. &
47. 1. ubi Virgo dicitur ironice, quandoquidem quæ semper uti virgo indomita, à Cy-
ro fortiter subigata. Itaque primò capta est: ait Herodotus, n. 58. Urbs in Cyri potestatem
devenit: sub Balthasare enim capta est Babylone: Darius autem cum extingueret Babylo-
norum imperium, aditus à Cyro suo cognato, &c. Ioseph. 10. Antiq. cap. 12. Clades
fuit magna & quæ prima & inopina, quæ civitas summè dedecorata, & eius omnino ha-
millata superbia. Ierem. 50. à 35. Post rebellavit in Darium, qui eam perdomuit: de
quo articulo Herodotus in fit. lib. 3. n. 51. inquit: Ita Babylone iterum capta est, quæ potius
Darius, muros eius circumcidit, & portas omnes amolitus est, quorum neutrum Cyrus
fecerat, prius eidem à se capte. Tertio defecit à Xerxe, qui per Megabyzum, alij dicunt
Zopyrum, expugnavit; & in ea miserandam stragem perfecit, sacraque profanis miscuit.
Photio ex Ctesia refert Mardonio comite sepulchrum apernisse Semiramidis, quam Be-
litamam dicit n. 5. In Persijs, defecisseque oleum, cuius meminimus, n. 29. Tunc im-
pleta videtur propheta de Beli ac eius templi demolitione. In hortis, qui super fluvium,
ibi (ait Strabo ubi supr.) Beli sepultura est, nunc eversa, quod fecisse Xerxes fertur. Py-
ramidis quadam erat quadrata ex latere cœtilibus structa, statij altitudine, cuius quoque la-
tus stadium obtinebat. Hanc Alexander inflaurare voluit, sed cum multi res laboris esset,
& multi temporis nam ad expurgandam dumtaxat terram decem millibus hominum duo-
rum mensium opus erat) quod inceperat perficere non valuit. Quod vocat Strabo sepul-
chrum, Arrianus, lib. 7. Histor. Alexandr. dicit Beli templum. Templum Beli (ait) in
media urbe situm erat, magnitudine atque opere ex lapide cœtili & bituminato præcla-
rum. Alexander verò in animo habebat templum demoliri, sed quemadmodum & cæ-
teris Babyloniæ loca sacra Xerxes subverterat, cum ex Græcia revertetur) & ex veteri-
bus fundamentis edificare: tamque ob causam rudera exportare Babylonijs iussit.

Ioseph.

Herodoto

Templum
Beli dicitur
n. 5.

Strabo

Arriani

Inflaurare
cognat Alex-
ander.

Plinio

Ex Babylonia
rudera
ribus alijs
urbis.

Strabo

Pausania

Frid. Syl-
burg.

Hieronymus

Quæ modò
dicitur Bag-
dad.

Prior siod
& lacu.

Beniamin.
Strab. M.

33. Liqueat, Babylone paulatin à gloria antiqua decidisse, excidium successione
perpeffam, ac demum exhaustam sub Syriæ regibus, & proximis edificatis civitatibus,
potissimè Seleucia & Ctesiphonte, ut ait Plin. ubi supr. Durat adhuc ibi Beli Iovis tem-
plum (inquit) inventor fuit hic sideralis scientiæ: cæterò in solitudinem redijt exhausta
vicinitate Seleucie; ob id condita à Nicanore intra nonagesimum lapidem, in consuetæ
Euphratis gurgite præcauti & Tigris, quæ tamen Babylonia cognominatur libera boate ac sui-
turis, Macedonumque moris: agrum totius orientis fertilissimum. Invicem ad hanc ex-
haustam Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem condidit Parthi, Strabo, quod
didum, dicit idem, additque: E Babylonia in Seleuciam, Regiam transferunt, &
nunc Babylone hæc maior est: illa magna ex parte deserta, & magna solitudo. Attribu-
tur Pausanias, cap. 264. oppositè Plinio, sed concors quoad destructionem; inquit: Ba-
bylon, omnium, quas nunquam Sol aspexit, urbium maxima, nihil præter muros reliquum
habet. Exponit hic n. 1. Frider. Sylburgius: Ambigua hic sunt Græci textus verba. Pri-
mò enim sic reddi possunt: De Beli Babylone templum dumtaxat superest: de ea verò Ba-
bylone, quæ tunc Sol maiorem urbem non vidit; nihil præter muros est reliquum. Ea verò
duas statuit Babylonia. Ad rem Diodor. Sicul. n. 69. De templo Beli cum & scripto-
res discrepent, & opus vetustate collapsum sit; nihil est, quod certò asseratur. At certò
affert Hieronym. in Isai. 14. 22. Babylonem fuisse potentissimam: describit ibi tem-
pla marmorea, aureas statuas, plateas lapideibus aroque fulgentes, & multa alia, quæ
penè videantur incredibilla. Si liceret introire barbaras nationes, & videre tanta urbis
extrema vestigia, vidærem possessionem heritij & paludes aquarum, & verè comple-
tum esse Scopabæ eam in scopæ terens: exceptis enim muris cœtilibus, qui propter bestias
concludendas, post annos plurimos inflaurantur; omne in medio spatio solitudo est. Qua-
rè quo modo Babylone dicitur, amittit nomen (ut vaticinatum ab Isaiâ loc. cit. dicente:
Perdam Babylonis nomen & reliquias & germen, & progeniem; & ponam in paludes
aquarum) vocaturque Bagdad, vel Bagdet: In qua (iuxta Beniamin Itiner. à fol. 59.)
sive omnium terræ orbis arborum generibus instructa est, non solum fructiferis, sed ste-
rilibus etiam; bestiarum quoque naturis omnibus frequens: in media autem sivea maxi-
mum stagnum aquarum. Babel illa antiqua funditus eversa est, in qua Nabuchodonoso-
rus Regia ruina adhuc visuntur, hominibus inaccessibiles, in qua Nabuchodonoso-
rus non postea edificata est; sed dicitur, in medio eius esse lacus, serpentinus plenus: & ar-
busta in quibus horribiles bestie, & aves, & venatio regia, & inhabitabilis est propter
Tom. VIII. Taut., K

Curt.

Ortel.

Ierem. 50.
19.
Fauni ficarij
rij quit

Buleng.

Babilis tac-
ta de caelo.Iridor.
Clar.Lac. 19.
44.Ierem. 50.
2.Savior eius
elates à Cy-
ro & Hysia
P.

portenta. In horrorem ac venationis sanguinolentum usum multis temporibus post ex-
cidium fuit, & est. De sua arate Curt. supr. inquit: *Cum vetustas non solum opera manus
facta; sed etiam ipsam naturam paulatim excedendo perimat, hac moles, quae tot arborum
radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inuoluta durat, ita ut procul
visentibus silva montibus suis imminere videantur.* Haec sunt restantia Pabylonis clari-
tudinem, & summam cladem. Dicant, quod civitas, quae nunc Balaatum dicitur, sit ipsa
antiqua Babylonia; sed prope Balaatum fuit ipsa destructa: hoc per ruinas de prope ma-
ximè approbantes. Ita Guilielm. Baldensel. in *Historico terr. sanct. cap. 3. R. Abrah.*
in *Chronico Zachari, & Otto Frisingens. lib. 7. Chronico. cap. 3. Ortel. in Theatr. geograph.*
subdit: *Pro illa Babylone; quam penitus interisse constat; Baldaab illi proximam: iuxta
quam quaedam antiquae urbis fragmenta, quibus adscriptum est Babylonia.* Ex quibus cun-
ctis notescit urbis totius, ornamentorumque eius universalis vastatio, & singillarum ut
praedictum à Vatribus Sacris. Patet, *quomodo capta est Sesaeb (Ierem. 51. à 41.) & com-
prehensa est in clyta uniuersa terrae: quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes.*
*Ascendit super Babylon mare, multitudine fluminum eius operata est. Terra inhabitabilis
& deserta, terra in qua nullus habitat, nec transeat per eam filius hominis. Propterea ha-
bitabant dracones cum faunis ficarijs: & habitabunt in ea struthiones, & non inhabitabitur
ultra usque in sempiternum, nec struetur usque ad generationem & generationem.* Ibid. cap. 50. 39. Fauni ficarij sunt, quos AA. profani, ut vidimus. *Portentosa* vocant; Ilii.
cap. 13. à 21. *Phifos.* His ergo parco, quippe latè egi *Taut. antec. à n. 25.*

34 Perspicua vastitas: at quando facta? Successione temporis, nimirum per Cyrum,
Darium, & Xerxem stolidum? Sic placuit multis, quæ assentiri non possum, maxime
quia post cladem Cyri absorpta dicitur igne coelesti. *Quis non vidit magnam Babyloniæ
metropolim, quæ numerabatur inter principes urbes? Eam terremotus paulo temporis
funditus evertit: quot ibi pueri, quot senes, divites, pauperes perierunt? Omnes ex æquo
ignis absumpsit:* ait Iul. Cæsar Bulenger. *lib. 6. cap. 1. Haud dissencit à
Scriptura sententia. Porta eius excessit igne comburentur, & labores populorum ad nibi-
lum: & gentium, in ignem erunt.* Ierem. 51. 58. *Sicut subvertit Dominus Sodomam &
Gomorrhiam & vicinas eius: ait Dominus, non habitabit in ea vir, & non incolet eam filius
hominis:* cap. 50. 40. & *Isai. 13. 19.* Igne enim consumpta profectò Pentapolis. At quo-
modo scopus deinde Darij & Xerxis iracundiæ, quæ non stabat? E ruinis eius itam illa
erecta Babylonia, & alio loco sita, ut dicitur de Selencia, quæ etiam dicta Babylonia, si-
cut Bagdad Babylonia quoque cognominata, quippe excitata ex extincta Seleucia? Nullo
modo, eadem ad hæc clades & ruinas, quas subitura per Medos & Perlas: post quas
sine habitatore fuit, quousque ante tempora Alexandri, in alio loco est adificata urbs no-
mine prestò, & huius decorata monumentis & ornatu. Illa prior Babylon orbis empo-
rium non solum vastata à Regibus æmulis, sed à voracitate coelestis ignis. Ita captivis
Hebrais dicitur, Baruch, 4. 35. *Ignis enim superveniet ei ab aeterno in longiturnis diebus,
& habitabitur à demonijs in multitudine temporis.* Iridor. Clarius in Ierem. 50. 13. *Non
habitabitur (ait) in loco solitudo videlicet: Nam quæ nunc Babylon dicitur, alio in loco est,
neque ullum domicilium ruinis tantæ urbis superstes apparet, si historijs creditur. Vide
in hanc cogitationem, quæ ex Ar. Montano diximus, Tom. 6. T. 6. n. 35. Non secus in-
telligitur illud Christi de Ierusalem: Non relinquet in te lapidem super lapidem. Est Ier-
usalem, sed priceæ nec lapis immotus. Ipsa eiusdem civitatis transmigrationis testatur (in-
fit Gregor. Magn. Homil. 39. in Evangel.) quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi ex-
tra portam fuerat Dominus crucifixus: prior illa Ierusalem funditus est eversa.*

35 Cladem accepisse prægrandem expugnatam à Cyro, ex qua civitatis devastatio;
liquet ex Ieremia loc. cit. *Capta est Babylonia (inquit) confusus est Bel, victus est Mero-
dach, confusa sunt sculptilla eius, superata sunt idola eorum; quoniam ascendit contra
eam gens ad Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui inhabitet in
ea ab homine usque ad pecus: & moti sunt & abierunt. In diebus illis, & in tempore illo,
ait Dominus, venient filij Israel ipsi, & filij Iuda simul, &c. Filij Israel venerunt de
captivitate, expugnata à Cyro Babylonia: ergo tunc præfatam devastationem passa, quin
necessarium sit recurrere in cladem posteriorem, ut experiretur patiens Babylon commi-
natam solitudinem. Constat etiam ex cap. 25. ubi à v. 11. dicitur: *Erunt uniuersa terra
hæc in solitudinem, & in stuporem: & servient omnes gentes istæ Regi Babylonijs septua-
ginta annis: cumque impleti fuerint septuaginta anni visitabo super Regem Babylonijs, &
ponam illam in solitudines sempiternas.* Totum factum sub Cyro; unde constat & liber-*

tas Israël, & Babylonis desolatio. Dices, sub Dario Hystaspis plenior fuit libertas Israël,
quia tunc captivitas septuagesimus annus fuit; ut fuscè astruximus Tom. 7. *Tautolog. 9.*
a. num. 22. Tunc igitur videtur Babylonia facta desolatio & cum desolatione solitudo.
Utramque cladem dicit Propheta: à Cyro, loc. præfato: à Dario, ibid. v. 15. *Cecide-
runt fundamenta eius, destructi sunt muri eius; quoniam ultio Domini est:* & cap. 51.
58. *Murus Babylonis ille latissimus suffusione suffodietur.* Concordant sacris profanae
erenim de Dario, dicit Herodotus, ut vidimus, num. 32. *Babylon iterum capta est, qua
potius Darius, muros eius circumcidit, & portas omnes amovit est; quorum numerum
Cyrus fecerat prius eidem à se capta.* Sicine pœnas luit. Quintian. & Hæctan. *Microc.*
Emblem. 16.

Alta rebellis saepe fuit Babylon

Sic eversa iacent Babylonis cæta potentis;

Sic tumida Nemrod facta superba viri.

36 Sic Dominus reddens vindex retribuit quæ in Ierusalem Assyrius furiose fecit.
Baruch, 4. 30. *Animaquior esto Ierusalem. Nocentes peribunt, qui te vexarunt, & qui
gratulari sunt de tua ruina, punientur. Sicut enim gavisus est Babylon in tua ruina, &
letata est in casu tuo; sic contristabitur in sua desolatione. Deus vindicans vindicabit in-
iuriam, & Babyloniorem in templum & urbem adiatrephicam audaciam. Corruit Ieru-
salem, cadet & Babylon. Combustum est templum sacrum, combustum est Bel tem-
plum. Victus est atque victus Rex Israël, extinctus est Merodach. Muri ruerunt civi-
tatis decoris uniuersi, caedat muri civitatis inter inclytas gloriosæ. Parvuli ducti in servi-
tatem: parvuli etiam allidentur ad lapidem. Ultionem accipite de eas: sicut fecit, facite ei, ut
annunciet in Sion ultionem Domini Dei nostri, ultionem templi eius. Reddite ei secundum
opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi. Gladius ad Chaldaos & habitatores Babylo-
nis, ad Principes & sapientes eius: gladius ad arcinos eius, gladius ad fortes illius; gla-
dius ad omne vulgus, ad thesaurus; ad aquas. Ecce ego iudicabo causam suam & ulciscar
ultionem tuam. Ita factum.*

In famule locum Regina cecidit.

Ut ait Seneca in *Hercul. Oæreo*, v. 354. & Pamphil. Saxus:

Quid dubitas adhuc? Babylon truceulenta iacebit.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens. In operibus manuum suarum comprehensus est
peccator: infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt. Ovid. 1. de *Art. v. 652.*

— In laqueos quos p'suere cadunt.

Visa est serva gentium domina; & quæ populo plena, penitus desolata, atque sub tribu-
to subditorum, quæ princeps gloriabatur Provinciarum: equidem sub dominio Perfi-
dis, ut fuerat Ierusalem sub dominio Babylonis. Ibid. v. 49. *Filia Babylonis misera (Hebr.*
Devastanda) beatus (Cyrus) qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis.
Psal. 136. 8. Senec. in *Furent. v. 734.*

Quo quisque fecit, patitur: auctorem scelus

Repetis, suoque premitur exemplo nocens.

37 Sic ultio pro pœna, & retributio pro talione. Unde ad illud Sophocl. in *Electr.*
v. 600. *Ultiones sumis;* exponit Ioann. Bapt. Gambia: *Pœnas talionis.* Ierusalem sanè de-
structa, sed reedificata. *Habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem.* Zachar.
12. 6.

— In Ponto, cæli fortuna natabit.

Ut ait Manil. 5. *Afron. v. 53.* Cæterum Babylon destruetur, ultione ultæ, & retributâ
retributione, ita ut numquam inhabitetur. *Non habitabitur usque in finem, non funda-
bitur usque ad generationem & generationem.* Ilii. 13. 20. Imò ex eius ruinis adifica-
buntur insigniores civitates. Opportune Ovid. 1. de *Pont. Eleg. 9. v. 19.* in Babylo-
nem, truceulento Nabucho, etiam populi peccato:

Nec prius abcessit, merita quam eade nocentum

Se nimis ulciscens, existit ille nocens.

Vindicaverunt crudelitate ac savitia Medi & Perla, quod perpessa Ierusalem Assyriorum
dirâ crudelitate; gemuitque desolata Babylonia, quod fecerat exterminium. Apocal. 18.
à 2. *Cecidit, cecidit Babylonia magna, reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplica-
te duplicita secundum opera eius.* Audaces in audacem, ac crudeles in crudelem, crebro
perpetrantem facinus, quasi non esset Deus, Perije eius memoria cum sonitu, expressit-
que sepultam, abolitam tantæ magnitudinis excellentiam,

Quintian.

Expositio
ultim.Ierem 50.
à 15.
Babylon sa-
bit, quic-
quid in Ier-
salem eius
iraculenti-
perfecit.
Cap. 51. 36

Senec.

Pamphil.

Ovid.

Pl. 136. 8.

Senec.

Manil.

Ovid.

Ultio postquam.

Sanguinolenta gravem Divum saturaverat iram.

Mitua

Verfunt

38 Hec de littera textus, cuius principale thema: Deus vindicans vindicabit. Verfiones in eandem significationem, estõ sonent in vocibus varietatem. Vatabl. Vindex Saluator vindicabit petulantiam. Syr. Vindex omnium opprressorum. Ar. Montan. Vehementer vindicabit. Maluend. Ulciscens ulciscetur iniuriam. Alap. Acriter & maxime vindicabit. Alij: Vindicabit & vindicans. Denique Heb. & Æthiop. Ultione ulciscetur, vindicabit. Modò ad amores, ne vindex reddens retribuatur, qua quisque peccat.

A DINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excur.

I Deus enim vindicans vindicabit. Saluator vindex vindicabit petulantiam. Mors ingressa per crimen, intulit homini gravem offensam: petulantiamque dicit, quoniam in omnes homines mors petranstijt; quasi non esset in humana specie, qui illam posset superare. Deiecta est petulantia, atque mortis insolentia in devicta humana forma: igitur vindex Saluator ipsa in morte vicit mortem, ubi ex sepulchro se iudicavit victicrem.

2. Deus vindicans vindicabit. Quia citò non profertur sententia, filij hominum perpetrant mala: ceterum Deus recordabitur, de quo pravus obliviscitur: & quod pro tempore indulsit, vindicans rigorose vindicabit; quippe crimina prætermisit propter cordium penitentiem, haud propter impunitatem.

3. Vindicans vindicabit. Id est, iniuriam factam. Qui parcit, potius qui gratijs rependit; habet vindictæ nobiliorem formam: equidem quum iniuria sine ultione prætermittitur, ultione acriore in cruciatus vindicatur.

4. Deus vindicans vindicabit. Deus? Uti que. At quorsum fulmen geminatur ultionis? Fuit sanè iniuria hominis & Nu-

minis. Numinis, quomodò? Iniuria ex serpentis dolo minime directæ Deo. Vanissimum cogitamen. Nescivit draco, quantus amor Dei in hominem, quem vel lapsum nimis diligit: iniuriamque homini factam, Deus vindicans vindicabit; etenim Numinis amantis urens offensio, quippequam ex serpentis insidijs offensus homo.

5. Vindicans vindicabit. Ita qui iniurias placido corde non tulit; sed in ultionem occasionem invenit. Hoccine fervills animi, proicctique latens virus: aliter in dignitate præclarum nobile pectus; quod quidem vel dignù vindictæ transiit, neque dignitatem dedecore polluit: igitur in audaces non exercet potestatem; ultionis quantumvis invenerit occasionem.

6. Vindicans vindicabit. Basilius peccatorem à diabolo, quo utebatur ut mancipio; iniurià factâ, quasi non esset vindicta: Basiliusque ut retribuere iniuriæ retributionem (quam invexerat per crimen) chirographum (in quo per illum peccatoris iniuria) mirabiliter extorsit ac potenter à Satana; servumque ab iniuria vindicavit, quem ille callide vicit.

DIDASCALIA PRIMA.

Trophaum Saluatoris mirabile, vita immortalis ex morte.

Fulgent

Surgit Christus à sepulchro, ut surgat homo,

I Præclara tanti mysterij insignia, pro Redemptoris & redemptorum gloria; ingeniosè brevique delicavit Fulgentius. Si mori nollet, nullatenus nasceretur. Eum faciet mori (inquit serm. de Epiphan.) benignitas propria, non malignitas aliena. Morietur, non ut perdat brevem vitam; sed ut conferat sempiternam. Morietur non ut servus iniquitatis; sed ut Dominus maiestatis. Morietur non vinculo necessitatis; sed proposito voluntatis. Morietur mirabiliter, morietur singulariter,

morietur misericorditer, ut resurgens cunctis gentibus donetur. Pendet. Misericorditer, singulariter, mirabiliter. Misericorditer, quippe hominem liberavit à tyrannide. Singulariter, quoniam poterat non mori. Mirabiliter, igitur placuit resurgere; ut humana conditio cumulo donorum ac charismatum, in se per illum obtineret plenum gaudium: equidem ut homo simills nobis apparuit; ut homo vitam haberet, & abundantius haberet. Iam enim inter mortales constituitur tibi pulvis, & annuncia-

Psal 19 10.

Psula de Hippo

bit veritatem tuam: igitur pulveri per gloriam communicatam, cognoscitur è sepulchro habuisse gloriam. Ni gloriosè è tumulo futrexillet, homo in pulvere iaceret. Mortuus facit mirabilia: & videtur in sepulchro insignis misericordia; dum cognoscitur in tehebris, vel ex morte quàm mirabilis: quandoquidem per Salvatorem adipsificantur gloriose immortalitatem, vel qui redacti utque in pulverem. Pridem (ut aliò accinit Manil. 5. Astron. à 575.) lamentabilis conditio humana, sed Christi victoriâ, iam circumdata lætitiâ.

Manil.

Vice Ma bti. Virgini re- vocatus, veste n- va & no ribi: re- dimitur.

Clautia

Com. Tacit.

Apoc. 19 13.

Trophæi Christi: ex morte.

Aura per extremas resonabat siebile rupes, Isque ubi pendentem v' dit de rupe puellam, Et postquam pæne causam cognovit ab illa, Destinatus in thalamos, Gorgo non territus ire Felicesque vocat teneant quo mæbra catenas, Tandem Gorgonei viciorem Persa monstri, Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.

2. Qui mortuus est singulariter, resurrexit mirabiliter. Sed unde? Suscitavit è tumulo Virgo-Mater. Quid? Inter homines Christi humanitas regina erat: etiam Virgo regina. Quid mirum, si ab illa erga filium mortuum florum corona?

— Solitam consurgere gemmis, Aut rubro radiæ maris, si floribus ornas Regina regina comam: si floribus illis, Quos neque frigidus Boreas, nec Syrius urit Aëstibus, aeterno sed veris honore rubentes.

Subit mentem, quod in conspectu Germanico Casari felicissimum omen. Nox easem (inquit Tacitus, 2. An. 14. cap. 14.) let in Germanico quietem tuit, v' a t' ue se operum, & sanguine sacro respersa præcæta; pulchriorem, ve aliam manibus Augustæ accepisse. Cæsi nostes, repertis inter spolia eorum catenis, quas ut non dubio eventu portaverant: imposuitque in modum trupuarum arma. Iam ergo Domine scitur, quare rubrum est vestimentum tuum: & quare in maiestate throni, vestitus veste, aspersus sanguine: igitur cum certares cum morte, potestatemque inferni, qui catenas attulerunt in conspectu, sibi non dubio eventu, videntes corpus, à planta pedis usque ad verticem vulnus (prætextam aptatam à Matre, cum unitus fuisset homini) trophaum erexit, hostes subingulsi, catenas fregilli, accepta manibus Augultæ à Deitate pretiosiore veste. Eadem sane, quam acceperas, sed alia claritas, ut rutilaret pretiolitas: etenim quæ tota conspersa sanguine; apparuit è sepulchro, immortalitatis splendore.

3. Videtur iam verum, à Præcis Ethnicis factum. Hippolytus (ab illis creditus filius Numinis sub specie hominis) im-

stus noverca, undecumque malignæ, propter excellentiam virtutis discerptus ab equis; sed in vitam revocatus, Deitate à cunctis cognitâ, singulari prodigio, & Diane Virgini curâ: qua non solum è sepulchro futrexit sine vulnere, sed Deus cognitus in homine, & elevatus in celum manibus tenens anguem, in triumpho de morte specimen.

Surgit homo iuvenis, stellis afflatus avitis, Et gemino nexas prorrigit angue manus, Nam, ut pio iuveni vitâ sine vulnere reddâ, Et cedent arti tristia fata meæ. Redderatque animam, morte indignante Dianâ.

Ita Ovid. 6. Fastror. à v. 719. Hygin. fab. 47. & 251. Natal. Com. 2. Mytol. cap. 3. & 7. cap. 9. Accinit etiam Virgil. 7. Æneid. à v. 764.

— Placabilis ara Diane: Namque ferus sumi, Hyppolitem postquam arte noverca

Occiderit, patriasque explevit sanguine penas,

Turbatis distractus equis, ad sidera rursus Aethera, & superas cæli venisse sub auras, Amore Diane:

Taceat ergo superata vetustas. Pater filium Deum in similitudinem hominum de cælo misit, & pro nobis non peperit, sed tradidit morti arte synagoga noverca. Unde in cruce per lethales undique plagas, patrias explevit sanguine penas; noverca tunc eum ignorante Numen, & cruciigente hominem, quo in articulo cognoscendus homo Deus: qua de causa illi dixit: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Mortuus est, & conditus sepultura, morte indignante Matre-Virgine, purâ Dianâ: cuius amore, ad superas cæli venit gloriose sub auras, mortis ita illustans tenebras; ut sine vulnere in victoriâ insignia clara, vulnere pretiosa remaneret veltigia: igitur signum mirabile, vita immortalis ex morte; subigens anguem, qui intulerat crimen, quoniam gloriosa immortalitate corporis, futrexit homo Deus stellis afflatus avitis. Apposuit vel Ethnicus, 2. Thebayd. à v. 55.

Hac & tunc fuscâ volucer Deus obitus umbra

Exiit ad superos: infernaque nubila vultu Discutit, & votis aspiantibus ora serenat. Inferior volat umbra Deo, & surgit bonori Numinis, ac regio decedit limite cæli.

4. Exprimunt Tautologia testimonia, quid cogitatum in huiusmodi triumpho. Deus enim vindicans vindicabit. Vatabl.

Ovid.

Virgil.

Ioan. 8 18.

Triumphus Christi si resurgenti.

Statius.

Ecclesi.

Vin.